SYNTHESES

PHARMACEUTICÆ ET CHYMICÆ

A PROFESSORIBUS

TUM FACULTATIS MEDICÆ,

TUM SCHOLÆ PHARMACEUTICÆ,

DESIGNATÆ ET PUBLICÈ EXPONENDÆ.

SYRUPUS DE SALSAPARILLA ET SENNA COMPOSITUS,

Vulgò dictus SIROP DE CUISINIER.

℞. Radicum Salsæparillæ (*Smilax Salsaparilla*) minutim concisarum libras duas, vel 1,000

Infunde per quatuor et viginti horas in aquæ tepidæ libris duodecim, vel 6,000

Dein bulliant per quadrantem horæ. Cola cum expressione, et quod residuum est denuò bulliat cum aquæcommunis libris decem, vel 5,000

Vaporent ad libras sex, vel 3,000

Idque fiat rursùs bis, terque.

Tùm liquores omnes mixti simul bulliant leviter cum

Florum Borraginis (*Borrago officinalis*) unciis duabus, vel . 64

Rosæ albæ unciis duabus, vel 64

Foliorum Sennæ mundatorum *Cassia Senna*) unciis duabus, vel 64

Seminum Anisi (*Pimpinella Anisum*) unciis duabus, vel . 64

Vaporentque ad dimidias.

Tùm cola et adde

Mellis albi libras duas, vel 1,000

Sacchari albi libras duas, vel 1,000

Coque in Syrupum densiorem.

TABELLÆ DE SULFURE SIMPLICES.

℞. Sulfuris sublimati et loti uncias duas, vel. 64
Sacchari albissimi libram unam, vel. 512
Gummi Tragacanthæ in mucaginis lentorem aquâ rosarum soluti. . . . . *quod sufficiet.*
Ut fiant, secundùm artem, tabellæ in clibano exsiccandæ.

EMETINA

Juxtà Methodum D. PELLETIER, Pharmacopæi Parisiensis.

(*Cephaelis Ipecacuanha.*)

℞. Radicis Ipecacuanhæ in pulverem tritæ, excluso ligneo meditullio unciam unam, vel 32
Ætheris sulfurici (50 = 60 Bé) uncias octo, vel 250
Pulvis simul cum Æthere excipiatur clauso vase, et, ne dispereat Æther, destillationi apto; deindè maceretur sub modico calore, per aliquot horas.

Quod supererit iterùm teratur, et in
Alcoolis (30 = 40 Bé) unciis quatuor, vel 128
maceretur primò, ac deindè bulliat.

Coletur liquor, residuaque materies iterùm, tertiùmque etiam, novo alcoole maceretur bulliatque, donec nihil prorsùs ex radice in alcoolem cedat.

Tunc mixti liquores alcoolici vaporent ad siccitatem. Extractum hoc alcoolicum maceretur in aquæ stillatæ frigidæ . . *sufficienti quantitate*, ut quidquid in aquâ solubile est extrahatur.

Solutio aquâ sic parata coletur per chartam, et vaporet ad siccitatem.

Extractum hoc aquâ solubile *Emetina* dictum est, et æquat radicis ipsius aut o 16, aut o ,14, scilicet, circiter 1/6 vel 1/7.

VINUM SCILLITICUM.

℞. Squamarum Scillæ siccatarum (*Scilla maritima*) unciam unam, vel 32

Contundantur pistillo ligneo, et macerentur identidem agitando in vase vitreo clauso cum Vini Malacensis librâ unâ, vel 500

Post duodecim dies liquorem cola et per chartam trajice.

ELECTUARIUM DE RHEO COMPOSITUM,

VULGÒ DICTUM VETERIBUS CATHOLICUM DUPLICATUM RHEO.

℞. Radicum Polypodii (*Polypodium vulgare*) contusarum libram semis, vel 125

Cichorii (*Cichorium Intybus*) uncias duas vel . 32

Glycyrrhizæ (*Glycyrrhiza glabra*) unciam unam, vel 16

Foliorum Agrimoniæ (*Agrimonia Eupatorium*) uncias tres, vel 48

Scolopendrii (*Scolopendrium vulgare*) uncias tres, vel 48

Coquantur igne moderato in aquæ communis libris sex, vel . 1,500

Ad tertiæ partis consumptionem, subfinem addendo

Seminum Feniculi (*Anethum Feniculum*) drachmas sex, vel 12

Cola et exprime.

Colatus liquor cum sacchari optimi libris quatuor, vel . . 1,000

Coquatur paulò suprà syrupi communis spissitudinem.

Cui ab igne remoto admisce

Extracti Cassiæ (*Cassia fistula*) uncias quatuor, vel . . 64

Pulpæ Tamarindorum (*Tamarindus Indica*) uncias quatuor, vel 64

Dein paulatìm et partitò adjice pulverem paratum ex commixtis

Rhei electi (*Rheum Palmatum*) unciis quator, vel . . 64

Foliorum Sennæ (*Cassia Senna*) mundatorum unciis quatuor, vel 64
Glycyrrhizæ rasæ (*Glycyrrhiza glabra*) unciâ unâ, vel . 16
Seminum Violarum (*Viola odorata*) unciis duabus, vel . 32
Seminum quatuor frigidorum unciâ unâ, vel 16
Seminum Feniculi (*Anethum Feniculum*) unciâ semis, vel . 4
Misce accuratè; fiat Electuarium.

ACETAS MORPHINÆ.

℞. Morphinæ 8
Aquæ stillatæ 32
Diluatur sedulò in cymbio porcellaneo Morphina, addaturque
Acidi Acetici . . . . *quantùm sufficit*,
donec aliquantulum ruborem induat immersa charta ex Crotone cærulea. Vaporet liquor ad Syrupi densitatem, et hypocraterio exceptus lentè vaporare pergat, aut ad solem, aut in calidario. Salem in pulverem tritum serva. Acetas Morphinæ nullo crystallorum ordine concrescit.

SODA CAUSTICA LIQUIDA

Vulgò LIXIVIA SAPONARIORUM.

℞. Calcis in minima frustula contritæ 1,000
Carbonatis Sodæ 2,000
Bulliant cum aquæ. . . . . *sufficienti quantitate.*
Coletur lixivia; vaporet, donec vas aquæ communis drachmarum octo capax teneat lixiviæ densatæ drachmas undecim, eadem verò frigida, notet gradus in areometro 36.

Tunc repone, ut post subsidentiam elutrietur liquor, excipiendus vase vitreo clauso.

MURIAS FERRI.

(N. R. *Proto-Chloruretum Ferri.*)

℞. Scobis Ferri uncias quatuor, vel. 125

Exceptam ampullâ vitreâ, Acido Muriatico gradus 22 notante quantùm sufficit affuso, dissolve penitùs.

Solutionem cola : vaporet ad siccitatem ; serva in vase perfectè clauso.

TARTRAS ACIDULUS POTASSÆ SOLUBILIS, ADMIXTO ACIDO BORACICO.

℞. Tartratis, aciduli Potassæ puri in pulverem triti 500
Acidi Boracici 64
Aquæ stillatæ 50

Acidum Boracicum et aquam simul misce in argenteo caldario. Calescant simulque exagitentur spatulâ. Ubi satis incaluerint, partitè et per vices addatur Tartras acidulus, semper agitando; omnia sic commixta mirè liquescent, et eodem calore ad siccitatem deducta pulverulenta evadent; tunc hypocausti calore ad perfectam siccitatem perducantur, et terantur in pulverem tenuissimum, in vase perfectè obturato asservandum.

NITRAS ARGENTI FUSUS,

Vulgò LAPIS INFERNALIS.

℞. Nitratis argenti exsiccati uncias tres, vel 96

Conjice in crucibulum argenteum aut porcellaneum amplum; leni igne tumet primùm materia, posteà detumescit; demùm, aucto igne, instar olei liquescit.

Effunde illicò in modiolum fusorium (Gallicè *lingotière*), priùs calefactum, seboque litum.

Concreta massa eximatur, servetur in vase probè obturato, et in loco sicco reponatur.

Primò selectis, ut artis est, et publicè expositis materiis supra dictis, die Martis prima mensis Martii anni 1836, *hora undecima matutina, Historiam Naturalem et omnia quæ ad praxim pertinent enarrare ac demonstrare tentavit* AUGUSTUS ALFONSIUS LEPÈRE, Falesiæ *natus in Calvadosiorum Scopulorum præfecturâ.*

Dein ad illarum Synthesium operationes exsequendas, diebus subsequentibus manum et industriam admovit. Tandem confectas et perfectas Professorum oculis et examini subjecit, die Martis octava eorumdem mensis et anni, in Scholis pharmaceuticis, via vulgò dicta de l'Arbalète.

